7. Deniq Magr̃ Conversorũ et Professores tales se exhibeant, ut de pr̃tia et adventu eorum possint oẽs ædificari.

De receptione et Professione Conversorũ. Cap. II.

1. In Conversum nullus si ita fieri potest recipiatur, nisi sit eiusmodi, qui possit laborem unius mercenarij compensare. Talis igr̃ ad Conversionem veniens primo in Caplõ Monachorũ, ducente illum Magrõ Conversorum coram oĩbus humilr̃ prostratus, petat se recipi pro humillimo omnĩ servo, et deinde idem faciat in Caplõ, qui ob hanc causam possunt quolibet die convocari.

2. Conversus futurus si pannos sibi emere potuerit, tales emat, quales habere consuetum est. Mantellum verò ante professionẽ non habeat, antequam ei detur illi habitus probationis, exercitia spūalia faciat, et deinde in habitu Ords̃ prius à Magrõ Conversorũ benedicto, rigidè per annum probetur.

3. Probandus oĩa imperata promptẽ et alacri animo propter Deum, cuius grã ad Monasterium venit, et à quo mercedem se recepturum sperat, sedulò peragere et fidelr̃ exequi satagat. et ut hoc commodius fieri possit Professor Conversorũ in moribus eum instruat, et quæ Ordinis sunt doceat.

4. Si contingat aliquem in Sacris Ordinibus constitutum Præside et Conv̄ ignorantibus fieri Conversum, quamprimum de eo constiterit mox ejiciatur.

5. Anno probationis absoluto Conversus Novitius post peracta Exercitia et generalẽ Confessionem, veniat in Caplum Monachorũ, ubi prostratus veniam petat, et surgens ad imperium Abbatis vel Præsidis, cum spoponderit de stabilitate sua, et de abdicatõe proprietatis, de Obedientia et Castitatẽ, dicat Abbas vel Præses, Det tibi Deus perseverantiam, et indeant oẽs Amen. Professionem autem faciat secdm̃ Ords̃ et maiorum nostrorum institutionem hoc modo. Ibit ad Sacristiam, ibiq flectet genua, donec veniat Abbas, quo veniente et denuo eum adhortante, iunget manus suas, ponatq inter manus Abbatis, promittens ei obedientiã hisce verbis: Ego F. N. promitto vobis R. P. obedientiam in omni bono usq ad mortem. Respondente Abbate, Det tibi Deus vitam æternam. et dicto ab aliquot circumstantibus, Senioribus et Monachis Amen: induat eum Abbas mantello ante ab ipso benedicto.

6. Conversus facta professione et ab Abbate indutus, exiens è Sacristia

professa-

5. Si festum sermonis, ad omnes horas aderunt, et meditonem suam expedient eo tpre quo Prés in Conv̄tu, quibus etiam diebus intersint pmis Vesperis, nisi necessitas laboris, et obedientia eos coegerit, ab eisdem remanere.

6. Quando festivis opibus cum Conventualibus stant in Choro, vel soli, siue in Eccla' siue alibi fuerint, singuli horas suas dicent sub silentio, qui vero in Choro possunt legere psalmos, cantabunt simul cum Conventu.

7. Quando Conversi intersunt Choris Monachorū, in erectionibus, inclinationibus, genuflexionibus et obseruantiis externis sese habere teneantur, sicut et Monachi.

8. Praeter solitum offīm diuinum, singulis feriis 6ᵗⁱˢ in memoriam Passionis Chri, et pro felici statu Eccla' et regni huius, singuli septies Miserere, vel Pr noster &c. et Aue Maria recitabunt. Item in quinq praecipuis offīs diuinis defunctorū, 7 Psalmos Poenitentiū, vel toties Miserere, vel septem Pr et Aue. Itē pro benefactoribus, Parentibus, Fribus, Sororibus, et Familiaribus, singulis annis qui legere possunt 10 psalteria, vel pro quo quolibet Psalterio 150 Miserere vel toties Pr nr et Aue. Item pro Pre, Mre, Fre vel Sorore alicuius Fris siue Monachi siue Conversi commendatis, septem psalmos poenitentiales vel 7 Miserere, vel toties Pr nr et Aue &c. Itidem pro Monacho Sacerdote, siue Fre, Converso, Novitio, Donato, recenter defunctis et in Caplo commendatis, post sepulturam ex integro psalterium vel 150 Miserere aut toties Pr nr et Aue. Deniq feria 6ᵗᵃ magna, et in festo Omnī Sctōr, computanđ diem sequentem animarū, psalterium integrum vel pro eod 150 Miserere, aut totidem Pr et Aue.

9. Non licebit Conversis extra Chorum intra Missarum, Vesperarū, et matutinorū solemnia ambitum circuire sed ad opus consuetum et iniunctum se conferre.

10 Singulis diebus ad Salue Regina in Ecclam, et consequenter ad Chorum ire teneantur, ubi cum religiosis ad signum magnae campanae dicent 3 Aue Maria, super genua, et articulos manuum inclinantes in memoriam et venerōem Annunciōnis Dnicae, sicq pmisso conscientiae examine, acceptaq à Praeside aqua benedicta, cum silentio eant ad dormitorium suum, nisi necessitas et obedientia aliud faciendū exegerit. Praedicta 3 Aue Maria, modo pdicto dicent audito signo campanae matutinae, in memoriam Resurrectionis Dnicae, et in

mem-

440

meridie in memoriam Sacratiss.ae Passionis, ubi post quodlibet Ave tundentes pectora addent: Qui passus es pro nobis, Dne miserere nobis.

11. Inconveniens est ut infra Nocturnos vel alias Calefactorium, vel Conventum Monachorum intrent, praesertim Sacerdotibus se calefacientibus, vel aliis Monachis ibidem precibus, et lectioni forte incumbentibus, igitur si necesse habuerint, suum calefactorium ingrediantur.

12. In die Coenae Dni ibunt ad mandatum Monachorum quibus iussum fuerit, et sedeant in loco, ubi collocantur ab eo qui Conventum ordinat, pro lotione pedum. Curent tamen antea pedes mundare quam Abbas vel Prior pedes lavare incipiat.

13. In sepultura cuiuslibet Fris ad Exequias, et in 5 principalibus offis defunctorum ad vesperas et laudes venire curent Conversi, nisi aliquid aliud obedientia praecipiat faciend. Similr ad solenniores processiones, quae fiunt in festo S. Marci, vel diebus Rogationum.

De Festis, Missis, Confessione et Communione Conversorum. Cap. IIII.

1. In his solennitatibus non laborant Conversi, videlicet: in Nativite Dni et diebus sequentibus. In Circumcisione, Epiphania, Parasceve, die Paschae et 2 feriis sequentibus, in Ascensione, Pentecoste et 2 feriis sequentibus. Praeterea in omnibus solennitatibus B. V. M. in festis omnium SS. Aplorum, in festis S. Benedicti, S. Adalberti, S. Stanislai, Corporis Chri. Nativite S. Joannis Baptae, S. Mariae Magdalenae, S. Laurentij, S. Bernardi, Omnium SS. S. Martini, S. Catharinae et S. Nicolai, ac in festis quibus feriatur Dioecesis ab operibus, ferientur et Conversi nri, oes tn debent esse ita resoluti, ut si in dictis festivitatibus quidpiam illis iniungatur, mox absq murmure exequantur.

2. Quando Conversi in Choro praesentes sunt, pulsabunt ad oes horas, et campanizabunt in festis solennioribus.

3. Discant Conversi oes, quoad fieri potest, Sacerdotibus ministrare.

4 In Ad-